



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Pvgnā Spiritvalis**

**Scupoli, Lorenzo**

**[S.l.], 1599**

**VD16 S 5184**

Cap. XXVII. De modo orandi per meditationes S. Crucis, & Crucifixi Domino nostri Iesu Christi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49116](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49116)

Ad proprium tuum Angelum,  
ad Gabrielem Archangelum,  
& denique ad eum sanctum,  
quem singulari pietate vene-  
raris & obseruas.



CAPVT XXVII.

*Quomodo sanctam Crucem, &  
Christum Dominum in ea affixum  
pendentem meditari debeamus:  
vt bonos affectus ac motus in  
nobis excitare, vel à Deo  
consequi possimus.*

**O** Stendi tibi, fili, paulò an-  
tea, quomodo ad oratio-  
nem adhibere debeas medita-  
tiones de S. Cruce: nunc te

instruam, quomodo per ipsius  
contemplationem, pios mo-  
tus seu affectiones in te susci-  
tare queas. Itaque si quando-  
que volueris de aliquo articu-  
lo S. Crucis ac Passionis Chri-  
sti meditari, (vt de spinea co-  
rona) sic ferè te geres. Medi-  
taberis quomodo innocentis-  
simus ac dilectissimus Domi-  
nus tuus Iesus Christus, pro  
maiori derisu atque contem-  
ptu, purpura sit vestitus, eius-  
que sanctum caput acutis spi-  
nis coronatum, & dura arun-  
dine percussum: sacer eius  
vultus totus impuris sputis fœ-  
datus. Quomodo, inquam,  
qui

qui est æternæ gloriæ Rex, quæ  
tot Angelorum myriades hu-  
militer adorant, ab improbis  
ac vilissimis seruis, irritoria ve-  
neratione turpiter delusus  
sit.

Cumque huiusmodi, alijs-  
que id genus meditationibus,  
pium motum, affectumque a-  
moris in te suscitare volueris:  
eleuabis cor tuum inter medi-  
tandum ad agnitionem inex-  
haustæ bonitatis ipsius Domi-  
ni Dei tui, eiusque in te dile-  
ctionis maximæ; quam ex eo  
facile colliges, quod tam mul-  
ta, tamque acerba pro te pati  
non dedignatus sit. Et hac me-  
dita-

*Pro ex-  
citan-  
do af-  
fectu  
amo-  
ris.*

dita-

ditione summae bonitatis eius, amoris in te affectum magis, magisque accendes: indeque ad peccatorum tuorum veram contritionem facillime permoueberis. Praesertim si agnoueris, te hunc benignissimum, & tui amantissimum Dominum tuum, ob tua solius peccata turpissima crudeliter antea necatum, etiamnum grauius offendisse.

*Pro excitan-  
da spe  
vera.* Ad excitationem vero uidae ac constantis in te Spei, meditaberis quod idem Dominus Deus tuus, qui est Rex Regum & Dominus dominantium, in tam grauem, extremam-

manque miseriam se demiserit, vt te à vinculis peccatorum tuorum, diabolique captiuitate absolueret at eriperetq; , cœlesti Patri reconciliaret, fiduciamque bonam, in omnibus necessitatibus ad ipsum confugiendi tibi impertiret.

Si autem ex meditationibus Passionis Domini tui, spirituale gaudium in te volueris excitare, moue cogitatum mentis tuæ à consideratione pœnarum, quas sustinuit; ad utilitates ac fructus, qui ex istis pœnis eius in te redundarunt. Et meditare te, totumque mundum per easdem à peccatis esse

*Pro exci-  
tando  
gaudio*

se

se absolutum, iram cœlestis Patris sedatam, diabolum fugatum, mortem occisam, oves perditas ad ouile reductas, Angelorum sedes redintegras. His iungas, quantum gaudium tota sanctissima Trinitas, omnesque cœlestium ciuium exercitus, & vniuersa militans Ecclesia, ex iisdem vtilitaribus conceperint, habuerintque.

*Pro ex*      Pro doloris verò ac com-  
*citan-*      passionis affectu, erga eun-  
*da cõ-*      dem benignissimum Domi-  
*passio-*      num tuum Iesum, ob amarif-  
*ne.*      simam passionem eius ac  
mor

mortem, in te excitando; non  
solùm meditaberis multipli-  
ces plagas sacri corporis eius,  
sed & grauiissimas angustias,  
dolores atq; tristitiam longè  
maximam sanctissimæ animæ  
eius. Nam cùm summam, ac  
imperuestigabilem dignita-  
tem cœlestis Patris, quem  
supra omnia maxime pere di-  
ligit, satis cognitam haberet,  
facile poteris æstimare, quan-  
tas passa sit angustias atque do-  
lores; cum cerneret ipsum  
summam, benignissimumque  
Deum ac conditorem omniū,  
post tam multa, ingentiaque  
præ-



præstita beneficia, à suâmet  
creatura, tam temerè, graui-  
terque offendi, & peccatis sæ-  
pe iteratis turpiter deludi.

Deinde quoque eadem san-  
ctissima anima Christi Domi-  
ni tui incomparabilem tristi-  
tiam concepit atque sustinuit,  
cū videret plurimas, ac prope  
innumerabiles hominum ani-  
mas, sua propria culpa atque  
torpore damnatum iri in æter-  
num.

Adhæc supra modum auxit  
dolorem animæ Christi Do-  
mini tui, immensus ac intole-  
rabilis dolor, quem dignissi-  
ma, dilectissimaque mater sua  
in

in eius passione ac morte per-  
pessa est, quando gladius do-  
loris cor eius pertransiuit.

Præterea nouum & ingen-  
tem dolorem eadem sanctissi-  
ma anima Christi in se exper-  
ta est, quando per unitam sibi  
diuinitatem cognouit, quàm  
atroces ac diros cruciatus,  
multa sanctorum martyrum,  
sanctorum virginum millia,  
pro ipsius amore ac fide susti-  
nere deberent.

In his, alijsque similibus  
meditationibus de Christi Do-  
mini tui passione ac morte; su-  
binde recordaberis te ipsum  
hos illosque cruciatus atque  
dolo-

dolores eius, tuis grauibus peccatis atque defectibus ipsi conciliasse: Indeq; ob ingratitudinem tuam & vehementer tristaberis, & te coram Deo grauiter accusabis. Est autem omnium optima, Deoque gratissima compassio, si tuos inordinatos affectus atque defectus in te persequaris, eosque contendas prorsus euellere radicitus à corde tuo; quòd innocentissimo, benignissimoque Domino tuo, tam grauium dolorum, pœnarum, cruciatuum causa fuerunt.

Por-

Porro vt perfectum odi-  
um contra peccata in te exci-  
tes ac conlequaris; considera  
in omnibus articulis Passio-  
nis Christi Domini tui, quasi  
ob nullam causam aliam om-  
nia ista passus sit, quàm vt per  
ea in te excitaret, generaret-  
que odium contra omnia pec-  
cata, inordinatosque motus  
& affectus tuos, vt extirparē-  
tur: præsertim contra eos, qui  
te præ cæteris infestant, ma-  
culant, distrahunt, diuinæ-  
que Maiestatigravius displi-  
cent.

*Pro ex  
citando odi-  
o pec-  
catorum.*

De

*Pro ex-  
citan-  
da ad-  
mira-  
tione.*

Denique vt ex his medita-  
tionibus de Christi Domini  
tui Passione ac morte, etiam  
admirationis affectum tibi cō-  
cilies; sollicitè meditare primò  
quisit q̄ ista passus est: nimirū  
summi, maximique Dei vni-  
genitus filius, qui pro salute  
tua de cœlo descendit in ter-  
ram, & homo factus est.

Secundò meditare ob quā  
causam passus sit. Nempe pro  
nobis miseris vermiculis, ope-  
re manuum suarum, qui ipsum  
semper offendimus.

Tertiò à quibus sit passus.  
Scilicet à vili ac truculēta tur-  
ba, omniumq; nationum po-  
pulis.

Quar-

Quartò quid passus. Opprobria, contumelias, plagas despiciatissimas, cruciatusque plures & atrociores quàm dici possit.

Quintò quomodo passus. Sanè tam insigniter patienti, mansueto, cupidoque animo, ut nulla humana mens peruestigare possit. Videlicet quòd is ipse mansuetissimus, & ab omnibus derelictus Dominus, in omnibus atrocissimis opprobrijs, plagis, cruciatibus suis; tam inuictam patientiam, constantemque mansuetudinem; etiam contra ingratiissimos, infensissimos persecutores

K res

218 CAP. XXV II. Pugnae

res suos declarauerit, vt nec  
vllum quidem durum verbum  
aduersus eos locutus sit: sed  
ad omnia, vt agnus mansuetus,  
qui ducitur ad victimam, vo-  
cem cohibuerit; animo omni  
mansuetudine pleno.

Sextò meditare tempus &  
locum, quando & vbi passus:  
nam & ea non paruam tibi ad-  
mirationem parient. Quoni-  
am & tēpore solenni Paschæ,  
& in primaria ciuitate sancta,  
astante dulcissima ac dilectis-  
sima matre sua, adeoque co-  
ram toto mundo, ipse inno-  
cens Christus Dominus tuus,  
mi

ista omnia, & his multò duriora passus est.



## CAPVT XXVIII.

*De sensibili deuotione, & contraria ariditate ac derelictione fidelis animæ.*

**S**ensibilis deuotio quandoque oritur à naturali inclinatione ad eam: quandoque à diabolo: aliàs ex D E O. A quo autem horum potissimum proueniat, ex fructibus eius cognoscendum est. Si enim inde non permoueris ad vitæ tuæ emendationem; meritò dubitabis ànne ex diabo-

*Causa  
sensibilis  
deuotionis.*

K 2 lo,